Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Hic alie plurime. diuisis generibus penarū affecte regnū celeste sunt adepte.
Alie uero pijs laboribus cōtinentie studentes. iam cū prudentibus virginibus sunt gaudentes. Iam nūc plectrum lingue ligatis soluamus. eosq; dignos honore canamus. P quorū precatōem secūlū repatur. et a quibus xpō cottidie in suis mēbris ministrat. Ex quibus Adrianus hortante uirge p xpō mortē sustinuit. Marcellianus cū Marco instigante Sebastiano spretis vxoribus se discrimī obtulit. Eustachius cum vxore et filijs hodie necem subiit. Alij uero innumerabiles p bona opa cōsecuti sunt diuitias incomparabiles. Cū hys laude psequmur penitentes. eorū exempla sequi studentes: qui pcā sua elemosinis redemerunt. ac sequentibus bonis. tēsata mala opuerunt. Ex quibus ille. quē species monialis decepit. car-